

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum

Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

CAMBRIDGE LIBRARY COLLECTION

Books of enduring scholarly value

Linguistics

From the earliest surviving glossaries and translations to nineteenth-century academic philology and the growth of linguistics during the twentieth century, language has been the subject both of scholarly investigation and of practical handbooks produced for the upwardly mobile, as well as for travellers, traders, soldiers, missionaries and explorers. This collection will reissue a wide range of texts pertaining to language, including the work of Latin grammarians, groundbreaking early publications in Indo-European studies, accounts of indigenous languages, many of them now extinct, and texts by pioneering figures such as Jacob Grimm, Wilhelm von Humboldt and Ferdinand de Saussure.

Grammatici Latini

The eight volumes of the Grammatici Latini, published by Teubner between 1855 and 1880 under the general editorship of Heinrich Keil (1822–94), are an outstanding monument of nineteenth-century German philology. Keil published editions of Propertius and of Pliny's letters before turning to the works of the Latin grammarians, whose attempts to define and describe their own language have influenced the way in which modern researchers in language and linguistics have approached their discipline. Keil's only predecessor in this field was Helias Putsch, who in 1605 published *Grammaticae Latinae auctores antiqui*; Keil uses the same order in which to present his versions of the texts. The third volume contains the last six books of Priscian's *Institutiones Grammaticae* and Priscian's minor works.

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum
Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

Cambridge University Press has long been a pioneer in the reissuing of out-of-print titles from its own backlist, producing digital reprints of books that are still sought after by scholars and students but could not be reprinted economically using traditional technology. The Cambridge Library Collection extends this activity to a wider range of books which are still of importance to researchers and professionals, either for the source material they contain, or as landmarks in the history of their academic discipline.

Drawing from the world-renowned collections in the Cambridge University Library, and guided by the advice of experts in each subject area, Cambridge University Press is using state-of-the-art scanning machines in its own Printing House to capture the content of each book selected for inclusion. The files are processed to give a consistently clear, crisp image, and the books finished to the high quality standard for which the Press is recognised around the world. The latest print-on-demand technology ensures that the books will remain available indefinitely, and that orders for single or multiple copies can quickly be supplied.

The Cambridge Library Collection will bring back to life books of enduring scholarly value (including out-of-copyright works originally issued by other publishers) across a wide range of disciplines in the humanities and social sciences and in science and technology.

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum

Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

Grammatici Latini

VOLUME 3: PRISCIANI INSTITUTIONUM
GRAMMATICARUM LIBRI XIII–XVIII,
PRISCIANI OPERA MINORA

EDITED BY HEINRICH KEIL
AND MARTIN HERTZ



CAMBRIDGE
UNIVERSITY PRESS

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum
Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS

Cambridge, New York, Melbourne, Madrid, Cape Town, Singapore,
São Paulo, Delhi, Dubai, Tokyo

Published in the United States of America by Cambridge University Press, New York

www.cambridge.org

Information on this title: www.cambridge.org/9781108006385

© in this compilation Cambridge University Press 2009

This edition first published 1859
This digitally printed version 2009

ISBN 978-1-108-00638-5 Paperback

This book reproduces the text of the original edition. The content and language reflect the beliefs, practices and terminology of their time, and have not been updated.

Cambridge University Press wishes to make clear that the book, unless originally published by Cambridge, is not being republished by, in association or collaboration with, or with the endorsement or approval of, the original publisher or its successors in title.

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum

Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

VOL. III

PRISCIANI

INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM LIBRI XIII — XVIII

EX RECENSIONE

MARTINI HERTZII

PRISCIANI OPERA MINORA

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII



LIPSIÆ

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLVIII

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum

Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

PRISCIANI

GRAMMATICI CAESARIENSIS

INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM

LIBRI XVIII

EX RECENSIONE

MARTINI HERTZII

VOL. II

LIBROS XIII—XVIII CONTINENS



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLVIII

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum
Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

IOANNI SCHVLZIO

MARTINVS HERTZIVS

PIVS FIDELIS

D · D

A. D. III KAL. SEPT. A. MDCCCLVIII.

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum

Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

PRAEFATIO.

Pauca sunt, quae huic volumini praefanda habeo, eaque unice fere spectant ad libros XVII et XVIII, Prisciani minoris nomine olim a reliquorum sedecim librorum corpore, quod Prisciani maioris nomen prae se ferebat, vulgo segregatos et plerumque singillatim descriptos. quamvis enim de adiumentis, quibus in recensendis his libris usus sum, in prioris voluminis praefatione disseruerim, inter ipsum recensendi atque emendandi laborem observationum aliquod corollarium mihi subnatum est, cuius alteram partem, quae singulas quasdam res ad voluminis fere prioris argumentum pertinentes spectat, in addendorum corrigendorumque farraginem conieci, alteram hic componere malo.

Ac primum quod ad ipsius Prisciani opus attinet, libri illi XIII—XVI doctrinam de partibus orationis per libros XII priores usque ad pronomen deductam, pronomine absoluto, praepositionibus, adverbis, interiectionibus, coniunctionibus additis perficiunt, libri XVII et XVIII peculiarem exponunt materiam ‘de ordinatione sive constructione dictionum, quam Graeci *σύνταξιν* vocant’ (lib. XVII § 1). qua in materia tractanda quam arte ad Apollonii de syntaxi libros sese applicarit Priscianus, quamvis ‘si quid etiam ex aliis vel ex se ipso congruum invenerit, non recusarit interponere’ et ipse confitetur l. cummaxime l. et inter omnes constat (v. modo adn. meam ad ipsum h. l.). Apollonii vestigia per librum decimum septimum assiduo fere persequi licet, rariora sunt in parte priore libri octavi decimi, cuius argumentum in ipso libri limine exponit Priscianus, eiusdem vero libri pars posterior a doctrina ad usum sese convertens nil nisi farraginem exemplorum exhibet, Graecorum scilicet et Romanorum constructiones, ut ita hoc verbo uti liceat, inter se comparatas illustrantium. quam extremam operis sui partem ipse ‘Atticismos, quibus Romani quoque utuntur’ nominat lib. XVIII § 50. ad quos cum in anterioribus quoque spectarit (v. § 99 cum sqq. 122 cum sqq.), data tamen opera § 157 demum incipit ‘multos et diversos usus ab auctoribus utriusque linguae colligere omnium

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum

Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

VIII

PRAEFATIO

orationis partium.' quae collectio etiamsi nunc certe incipit a 'curo' et *ἐπιδείκνυμι*, *ἐμποδίζω* et 'impedio', si tamen *κατὰ στοιχείον* institutam esse dixerō, pernegabunt hoc ii, qui vetustiore aliqua Prisciani editione utentur, veteribus his sordibus a codicum lectionibus sedulo segregatis paulatim perspicient quibus Scapulam Oxoniensem ut evolvant contingit, primo obtutu agnoscent semel moniti editionis huius lectores. nam inde a tertio vocabulo *αἰσθάνομαι* literarum ordo secundum exempla ex Graeco sermone petita constanter fere servatus est. quod si ipse perspexissem ante quam ipsius huius catalogi partem ex mea ipsius recensione typis expressam perlustrare mihi licuisset, singulos locos, qui ab ordine hoc recedunt, signo aliquo notassem; nunc, cum sero id animadverterim, ob id unum aliquatenus excusandus quod, quantum scio, animadverterim primus, huius quaestionis minutias haud quidem omnes exhauriam, id tamen enotabo, uno emblemate § 171 p. 286, 10 sqq. excepto alphabetice ordinata haec primum procedere inde a § 158 usque ad 'εἰς pro ἐν' § 184 sq., tum vero ab ipsa hac paragrapho 185 alteram, ut technici dicere solent, redactionem literae α sequi, et ipsam a voc. *αἰσθάνεσθαι* incipientem; alterius vero huius redactionis fere initium loco de *ἐπιδείκνυμι* et *ἐμποδίζω* inter vocc. a litera α incipientia inserto § 188 sq. eodem fere modo turbatur, quo in fronte totius huius catalogi locus simillimus in libris collocatus est. deinde, exceptis paucis quibusdam exemplis sive ob argumenti similitudinem ab ipso Prisciano insertis sive a sciolis agglutinatis iusto ordine omnia procedunt, partim iisdem vocabulis ibidemque passim iisdem exemplis repetitis, partim novis et vocabulis et exemplis additis, usque ad § 197. at § 198 ipsae illae de 'εἰς pro ἐν' paragraphi (§ 184 sq.) verbotenus fere repetuntur. utramque illam literae α redactionem ab ipso Prisciano profectam esse non est quod negem; alteram vero alteri sive emendandae sive supplendae destinata alieno loco inculcata, tum vero illo de 'εἰς pro ἐν' articulo repetito cum reliquis aliquatenus coagmentatam esse censeo. inde a § 198 usque ad finem omnia perpauca corollariis exceptis literarum ordini respondent, ut vel *ἐπιδείκνυμι* et *ἐμποδίζω* inter exempla a litera ε incipientia tertium repetantur § 206. omituntur in amplissima hac serie vocc. a ζ et a ϑ incipientia, ν et ξ singulis exemplis iisque quasi in transitu annexis profligantur, ut vix crediderim, archetypi librarium, cum forte fortuito ad vocc. 'χορτάζομαι, satior' ibique ad versum illum Terentianum

sed pestquam intus sum omnium rerum satur
 pervenisset, taedio motum literis ψ et ω omissis substituisse, sed ad ipsum potius Priscianum taedium illud referam, quod ipso illo longinquo labori fine imposito non minus dilucide expressit quam codicis

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum

Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

PRAEFATIO

VIII

ille alicuius Krehliani librarius, qui inter ipsum describendi officium suspirans 'ach Got!' appinxisse narratur.

Ego vero quod hanc extremae huius partis ordinationem a Prisciano institutam invenerim, non ob ipsam hanc rem sane satis levindensem perspectam gaudeo, sed gaudeo, quod inde vidi, eam in Prisciano recensendo atque emendando rationem, quam equidem secutus sum, unice veram esse. nam ut illa lex, quam ad ipsum Priscianum referendum esse nemodum negabit, perspicue ante oculos posita sit, id eo demum effectum est, quod equidem nonnisi 'Q. ST. D. F.' esse putavi, id est quod veterum ac fidorum codicum manuscriptorum auctoritatem secutus eorumque lectionem vel corruptissimam emendationi fundamentum substruens, codd. deteriores atque editiones ad emendanda quidem auctoris verba in auxilium vocavi atque haud pauca recte inventa inde deprompsi, omnes vero lectiones, quae mero arbitrio originem debent, imprimis constantem illam locorum Graecorum interpolationem, quae omnes hucusque editiones plus minus inquinavit quaque vel Spengelius, criticus sagacissimus, aliquotiens imponi sibi passus est, sine ulla haesitatione abieci. nam id mox perspectum habebam, editoribus ad unum omnibus libros eorum, qui hodie superstites sunt, optimis meliores certe ad manus non fuisse, immo lacunas, quas per locos Graecos in mss. suis invenissent, lemmatibus arbitrarie et ad Latinorum plerumque exemplorum cum iis coniunctorum verba confectis vulgaribusque exemplis additis ab iis esse expletas. duo tantum sunt loci, qui ex plenioribus fortasse mss. deducti esse videantur. quorum alter, Isaevi locus in Isaevi orationibus superstitibus non servatus, quem Aldina editio attulit (lib. XVIII § 158), ex Suida possit certe desumptus esse; Xenophontis vero Hellenicorum locus, qui in ed. Venetam a. 1492 insertus est, lib. XVIII § 200, undecim annis ante quam ipsa Hellenica typis describerentur, ex cod. Hellenicorum ms. depromi certe potuit, quamquam lacunae alicuius in Prisciano nota h. l. ne nostris quidem libris omnino deest. at exempla haec plane singularia, etiamsi, quod in adnotationibus ad hos locos conscriptis nimis fortasse praefracte negavi, ad mss. Priscianeos uno alterove loco pleniore eos referas, etiamsi unum alterumve iisdem addendum esse ex vestigiis tenuissimis et me iudice fallacibus contendas, normae generali a nobis propositae et ipso illo ordine alphabetico restituto probatae non officiant: quomodo veterum illorum editorum sagacissimus, Aldinum dico, rem absolverit patet, si extremam laboris eius partem inde a lib. XVIII § 252, ubi perbonus liber Gallicus, quo eo usque usus erat, eum defecit, cum praecedentibus compares: extremae huic parti libri imprimis Scaligerani collatione diligenter adhibita opem attulit Helias Putschius. quodsi igitur iure suo Dobraeus ad Aris-

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum

Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

toph. Pluti v. 236 (cf. etiam Spengelium Varr. p. 629) dicit, omnes locos ex Aristophanis Pluto Nubibusque petitos, quos Putschius non exhibeat, in Aldina, quae vett. scil. edd. in his sequitur, ortos esse 'e mala sedulitate alicuius forsitan lacunas explorare studentis', id ita equidem augere ausim, ut contendam omnes locos, quos equidem in ed. mea non in verborum ordinem receperim, exceptis fortasse illis duobus, tali interpolationi originem debere. Putschii vero merita inde augentur, quod per extremam hanc libri XVIII partem primus veterum librorum lectionem ad collationem imprimis cod. Scaligerani instauratam sedulo protulit. ipsum Priscianum, cuius ordinem apospasmatio illo minoribusque quibusdam emblematis insertis per hanc etiam operis partem passim turbatum esse vidimus, per 'Atticismos' ubivis plene servatum esse non contenderim: exciderunt certe aliquotiens exempla praesertim Graeca, neque desunt exempla talium lacunarum manifesta, quamvis in iis significandis paulo nimis sedulitati Prisciani confisus esse videatur Spengelius, vir ceterum, id quod omnes sciunt, de tota hac parte recensenda et emendanda ultra laudes meas meritis, ad singulas usus varietates a Prisciano propositas singula quaerens exempla. id quod ab auctore non tam anxie servatum esse multi loci Latini ostendere possunt, qui talibus dubitationibus vix ansam praebent, quamvis nec ipsi plenam exemplorum tabulam variis usibus in lemmate propositis congruentem contineant.

Equidem cod. R et una cum eo inde a lib. XVIII § 92 cod. V potissimum secutus archetypi imaginem restituere conatus sum, a quo omnes libri nostri pendent. qua in re a librario cod. R, fidsimo eo usque comite, lib. XVIII § 279 destitutus sum, cum is in voc. 'genetivo' desineret: suscepit eius provinciam al. m. usque ad *οἰκειοτάτων* § 288; extrema vero addidit manus correctoris r, quae Graeca multa omisit. his codicibus qui praeterea accederent quodque eorum pretium esset statuendum satis olim exposui: hic addendum est collationem Scaligeranam (C), quae ab editore Oxoniensi, quem x litera signavi, publici iuris facta est, iis tantum locis testatam esse, ubi mentio eius iniecta est; ipsa vero haec collatio saepe non tam lectiones libri ipsius veteris ac satis boni continet, praeter quem passim a.(lius) c.(odex) consultus est, quam ea, quae ex his lectionibus ipse Scaliger procudit; Scaligeranis hisce emendationes egregias inesse non est quod moneam: aliquotiens igitur, ubi res manifesta erat, ipsius Scaligeri nomen pro C apposui.

Multo plenior sane codicis O est collatio a Presselio confecta et in universum satis fidam certe libri ms. reddit imaginem: non omnes tamen res eadem attentione amplexus est Presselius, veluti in Graecis locos Homericos, in Latinis orthographiae discrepantias

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum

Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

PRAEFATIO

xi

plerumque neglexit: ne igitur fraudi esset lectoribus haec collatio, iis locis, ubi nihil de ea testatum erat, lectionem Krehlianam, ad quam codicem contulit Presselius, adscripsi adiecta litera O uncis inclusa (O), quo signo saepissime codicis O lectionibus non enotatis unam solam lectionem Krehlianam indicari eos, qui harum rerum quadamtenus periti sunt, non fugiet. ubi alia quaedam dubitatio de fide collationis subnascetur, signum interrogationis apposui: O? utrumque et in codice M feci, qui multo plenius atque accuratius ab Heinio collatus est, et in codicibus a me collatis, ubi vel silentio meo vel collationi meae diffiderem, quod perraro sane accidit. sed si in universum errare humanum est, hoc maxime sane pertinet ad minutissimum hunc laborem libros mss. conferendi, ubi ne summa quidem fide atque diligentia utens errores aliquot evites. in codice M praeterea testimonii Heiniani et Spengeliani discrepantias praeter levissimas quasdam reculas ubique notavi, ubi non expressis verbis viri diligentissimi collatio ab Heinio reprobata atque emendata esset. Ḡ. et Ḡ. notae, ubi ex codd. praesertim D et N enotatae sunt, nisi aliud quid additum est, indicant, has literas in libris his mss. omnibus vocabulis Graecis ad singulos locos usque ad proximum voc. Latinum pertinentibus substitutas esse. Alfredo Fleckeiseno, qui per totum volumen, et Augusto Nauckio, qui per extrema folia has plagulas mecum relegerunt, non modo propter vitia typhothetae emendata, sed propter ingeniosas ac doctas aliquot observationes mecum gratias agent lectores.

Vix ulla grammaticorum Latinorum particula tantam mutationem subitura est, quantam subiit Priscianus minor. at is novam hanc vestem induit non ex arbitrio quodam nec ex licentia aut ex caeca aliqua innovandi cupiditate, sed secundum vetustissimorum testium fidem religiose servatam et pro viribus ad ipsum hoc firmissimum fundamentum emendatam. haud prorsus igitur indignum, cum meliora, quae ad diem exceptatissimum pio libentique animo afferrem, non praesto essent, hoc volumen tum semiperfectum visum est, quod viro summo, Ioanni Schulzio, qui *‘παρῆρ ὡς ἦπιος’* me studiaque mea fovit, muneris egregie peracti festa semisaecularia d. XXX m. Augusti h. a. agenti dicarem. nunc vero opere absoluto non tantum gratulationem illam iterare licet, sed etiam votis fervidis senem meritissimum et dilectissimum in honestum illud otium tamquam in aliquod asylum prosequi, quod post tot tantaque negotia operosa ad boni, pulcri, veri per patriam nostram incrementum religiose ac sollerter peracta ipse sibi elegit.

Scr. Gryphiae d. XVIII m. Dec. a. MDCCCLVIII.

Cambridge University Press

978-1-108-00638-5 - Grammatici Latini, Volume 3: Prisciani Institutionum

Grammaticarum Libri XIII-XVIII, Prisciani Opera Minora

Edited by Heinrich Keil and Martin Hertz

Frontmatter

[More information](#)

SVBSIDIORVM CONSPECTVS

I codicum

1 per libros I—XVI v. Vol. I p. X—XVIII

R cod. bibl. imp. Paris. 7496*P* „ „ „ „ 7530*B* „ „ publ. Bambergensis*D* „ „ publ. Bernensis, olim Bongarsianus*H* „ „ gymn. Halberstadiensis, Lutherius Krehlii*A* „ „ publ. Amienensis*G* „ „ conventus Sangallensis*L* „ „ publ. Lugd. Bat. olim Gruterianus*K* „ „ Caroliruhensis 223de codd. praeterea in auxilium vocatis cf. *ibid.* p. XX sq.

2 per libros XVII et XVIII v. Vol. I p. XXI—XXIII

RPDGL v. supra*V* cod. bibl. Lugd. Bat. olim Vossianus*M* „ „ Monac. 280 A*O* „ Parisianus 7499*N* „ bibl. palat. Vind. CCCXLVIII*S* „ „ „ „ CCCXLVII*C* collatio Scaligerana*rpbdhaglkvmons* eorundem librorum manus alteras significant.

II editionum v. Vol. I p. XXIII—XXVII

1 ed. (Veneta) a. 1470

2 ed. Veneta a. 1472

3 ed. Veneta a. 1492

μ ed. Mediolan. a. 1511

π ed. Ascensiana Paris. a. 1526

α ed. Aldina Veneta a. 1527

z ed. Coloniensis a. 1528

β ed. Basileensis a. 1545

Putsch. ed. Putschiana a. 1605*Krehl.* ed. Krehliana a. 1819 sq.

x ed. Scapulae Oxoniensis a. 1820

de rell. notis ad comm. crit. adhibitis v. *ibid.* p. XXXII cf. vol. II p. X sq.; de unciis et rotundis et quadratis p. XXVIII; signa codd. eorum auctorum, quorum apud Priscianum mentio fit, ea elegerunt, quae a quovis harum rerum perito per se intellegi possent cf. p. XXVIII.